nistis Vernale hoc Examen venerabili Vrâ præsentiâ
condecoraturi, benevolis quoq auribus et attentis
mentibus assideatis, quæq in Artibus et Disciplinis
fient pericula, attenti auscultetis. Testabuntur
omnino Gymnasii hujus alumni, quantum debeant
providis Vris curis, quantum singulari Vrô in Scho-
lam favori et amori, quantum & indefessæ Magi-
strorum suorum industriæ, quantum deniq anxiæ Pa-
rentum atq Patronorum spei debeant. Quodsi v.
minus ex asse expectationi Vræ respondebimus, ut
detis pro singulari Vrâ humanitate hallucinatio-
nibus nostris veniam, submisse rogantes
— — his Vris humiles advolvimur aris.
Tu interim Universi hujus Moderator Clemen-
tissime Docentibus jamnunc et discentibus
propitius adesto, omnesq nros ausus ita diri-
gito: ut nonnisi eam, quæ ad divinissimi No-
minis ac Numinis tui gloriam vergat, laudem
reportemq. DIXI

Johann Christoph. Boettiger,
Grünhaina-Misnic.